

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Simonius

**De Caussis, Cur Renunciationes Rectorum In Academiis solemniter quotannis  
fiant, Dissertatiuncula Joannis Simonii ...**

Rostochi[i]: Pedanus, 1622

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729275116>

Druck    Freier  Zugang



Simoni, Dr.

R. M. phil. 1622



De Caussis,  
Cur  
**R E N U N -**  
**C I A T I O N E S**  
RECTORUM IN ACADEMIIS  
solemniter quotannis  
fiant,

D I S S E R T A T I O N C U L A  
**JOANNIS SIMONII,**  
Rhetorices in alma Academia  
Rostochiensi P.P.



ROSTOCHI,  
Excudebat JOACHIMUS PEDANUS,  
ANNO M. DC. XXII.

phil.

R. b. 11. 1. 1.

*Nobilissimo, Consultissimo, Clarissimis  
atq; amplissimis VIRIS,*

**Dn. PASCHASIO** von der Lühen/ Equi-  
ti Megapolitano, Domino in Teleckow;

E T

**Dn. JOANNI COTHMAN** Jcto,  
Reverendissimo, præcelsissimo atq; illu-  
strissimo Principi ac Domino Dn. JOAN- ALBERTO,  
Coadjutori Episcopæ Razeburgensis, Duci Mega-  
politano, & consilijs,

*Dominis & Macenatibus meis calendis.*

S. D.

**N**obilissime, Consultissime, Clarissi-  
mi, amplissimiq; VIRI, Domini & Mæcenates colen-  
di: Venit ad vos præsens hæc mea commentatiuncula:  
qua delineare conatus sum es, quaæ illo præsertim tempore, cum novus Rectos  
Magistratum Academæ init, revocare libi in memoriam debeat homines, ut qui-  
dam vocat, de Schola. Eam cum primò adumbravissim, nec temporis angustia  
exclusus potuisse expoisse: postea dilatavi, ita ut etiam Politias nonnihil attige-  
rim. Venit autem ipsa ad V. Nobil. & Exc., non quod ejusmodi sit, unde ad istam ve-  
stram insignem in rebus vél ex cogitandis cognoscendisq; *ayxivoxas*, vél agen-  
dis promittudinem accedere, aliquid possit: sed alias ob causas. Uterq; enim,  
cum ea præclarè teneatis, quaæ in Academij traduntur, quin his faveatis, utq; no-  
stræ in primis benè sit, ex animo cupiat; nullum apud me est dubium. Accedit  
& hoc: Reverendissimo & Serenissimo nostro estis à latere: adhibemini rerum  
gravissimarum deliberationibus: statis in vigilia Senatoria, eaq; principali; ex-  
qua in totam provinciam oculos intenditis. Quæ ut quid per omnes imperij partes  
fieret referent; olim constitutos legimus Irenarchas. Accipite ergo, Nobilissime  
& consultissime V I RI, accipite quod ipse offero, specimen aliquod, levidense  
icet, eorum, quaæ in hac Megapolitana Academia agi toto, quod ajunt, die so-  
lent: & accipite, ut verbo uicato utar, cum lobentia: id quod ora & rogo. Chri-  
stus nos servet: cui soli *αλεξινάκω* V. Nobil. & Exc. cum tota Republ. his  
conclamatim temporibus, ex animi sententia commendo BB. VV. PP. Rostochij.  
25. Julij 1623.

*V. Nobil. & Excell. Studioffimus  
JOANNES SIMONIUS.*



Um splendidum quidem, sed fere  
arumnosum, Magnifici R E C T O R I S facta est  
munus Reverendo & Clarissimo Do-  
mino EILHARDO LUBINO, S. S.

Recitatio  
25. Octo-  
bris 1621.

Theologiae Doctori & Professori, col-  
lege nostro desideratissimo, ut ejus ille dignitatem  
& decus in hac Academia more majorum sustine-  
ret, ante semestre esset ex hoc ipso loco, solemini cum  
pompa, demandandum: meminimus, virum opti-  
mum, morbo præpeditum, ad id accipiendum vica-  
ria clarissimi, experientissimi doctissimiq; viri, Dn.  
JOANNIS BACMEISTERI, Philosophie & Me-  
dicinae Doctoris, collegæ, compatrii & amici nostri  
honorandi operâ usum esse: ejusq; diei, quo id fa-  
ctum, non sine gravi dolore recordamur. Illum  
enim hinc ad eas, quas, qui in Christo moriuntur,  
incolunt, oras, pro singulari DEI beneplacito, evo-  
catum: quam calamitatem huic Academiae intra  
proximos 50. annos his evenisse, constat: postea ter-  
ra mandavimus: succenturiatusq; ipsi fuit idem,  
qui paulò antè precariò onus illud in se receperat.  
Nunc, sed disimilitamen, quod ex animo vovemus  
omnes, quod certò fore confidimus omnes, conditio-

A 2

ne &

nec ē eventu, hic ipse Magnificus Rector, D.  
JOANNES BACMEISTERUS, cum decurso Re-  
ctoratus sui, extra ordinem sibi à Patribus Acade-  
mia impositi, spacio, sanctissimis legibus obsequi  
vellet, nec per valetudinem posset: voluit sibi à me  
idem officij præstari: quod, ut Magnificentiam  
ipsius à me obtainere sinerem, ipse à me facile obtinui,  
qui sciam, quid Magistratui, quid collegæ, quid ami-  
co debeam.. Quam personam dum represto, Au-  
ditores spectatissimi, ut per vos bene stet actio hac  
mea, obnixè rogo.

Nec tamen lusoriam quis banc putet velim, aut  
histrionicam.. Celebrantur enim hæ solemnies Ma-  
gistratus Scholastici translationes, non dicas gratiā,  
sed cùm alias ob causas, tum præcipue, ut ego arbi-  
tror, ob has duas: primò ut ē is, qui sibi gubernationis  
hujus molem imponi patitur, summa cura ex-  
pendat, quid sit, quod tantis ceremoniis commen-  
datum recipiat: ē cives Academia, cum plarique  
sint ambulatorij, cognitum habeant perspectumq;  
quis sit is, cui obedientiam in licitis ē honestis de-  
beant. deinde, ut ij, qui ad gubernacula litterariae  
reipub. sedent, inspecto ordinato ē composito co-  
rum, qui ad solemnia hæc confluunt, confessu,  
quid se quoq; deceat, secum ruminent. Atq; hæc  
mihi quidem erit hoc tempore dicendi materia. Ut  
enim:

enim salva sit respubl., requiritur, ut  $\Sigma$  Gubernatores  $\Sigma$  subditi ipsos se noverint. Videmus passim, pro dolor, quantoperè hac tempestate debacchetur Erynnis, quam tragica tonet, quam sanguinarios acinaces nostris minitet cervicibus. Idq; nobis, si fors insolentia mentem eripuisse, inclamant  $\Sigma$  Livoni,  $\Sigma$  Galli,  $\Sigma$  Belgæ  $\Sigma$  Helvetij,  $\Sigma$  Austriaci,  $\Sigma$  Boemicum Silesis ac Moravis,  $\Sigma$  Ungari,  $\Sigma$  Poloni, imò Turca: quos omnes nunc rotat Martis furor, tanto strepitu, tanta rabie, tanto tumultu, ut eum frendentem etiam hic ad gelidos Septentrones exaudiamus. Hæc verò calamitatum, quæ hoc momento in florentissimis plerisque illis terræ  $\Sigma$  Imperij partibus tanta diritate grassantur, ut ne cogitando quidem eas mens humana assequi possit, tonitrua, quid aliud esse existimabimus, quam per immensum orbem elatam, nec ferè minore fragore, quam olim ad montem Sinam, fulgurantem Optimi Maximi vocem, qua cætera gentes, quibus per Dei gratiam quietis adhuc esse licet; inter quas  $\Sigma$  nos; quæ est immensa divina benignitatis erga nos magnitudo, locum aliquem tenemus; commonefiant: esse hanc immutabilem voluntatis ejus, qui universum hoc regit, normam, ut impiam  $\Sigma$  supinam eorum, quæ tum Magistratus tum subditos decent, neglectionem, aut perversam administrationem.

A 3.

tionem:

tionem tandem tragicæ pœna sequantur. Nec enim  
illi soli peccarunt peccata, quibus tam nefanda, qua  
ibi flagrant, quæq; perpeti coguntur, sint promeriti.  
Examinemus quisq;, tanquam incorrupti judices,  
pondere justo vitam suam, quid egerit, quid agat,  
qua spartam diligentia exornaverit, qua exor-  
net: profecto nec dependemus nec propendemus,  
quin culpam commeriti simus. Atq; hac co-  
gitatione quoq;, qui in scholarum luce versamur,  
ad id, cuius hodierna nos solemnitate commoneri  
paulò ante dixi, exuscitare debebat tanto magis,  
quanto sua cuiq; salus, suaq; incolumenta magis cor-  
diest. Sed quid, inquires, est: Non sunt transma-  
rina, non nova, non nata vel hic, pigris ubi nulla  
campis arbor æstiva recreatur umbra; vel,  
sub curru nimium propinqui Solis, in ter-  
ra domibus negata. Sunt per vetera, sunt ex ipsa  
mente divina profecta, litterarumq; monumentis  
tum sacris, tum eorum, qui animum ex Deo de-  
libatum rectè excoluerunt, consignata. Quæ dum  
brevibus repeto, Auditores, mihi, quod facitis,  
favete.

Ac de primo verba facturo dabitis veniam, si  
ca, quæ omni Reip. competit, præmittam. nec enim  
difficile fore putabam homini litterato prudenti, ex  
iis, quæ universum dicuntur, colligere id, quod sit sui  
officij,

officij, quodq; sua persona, habita temporis & loci  
rerumq; ratione, aptè decenterq; conveniat: qua ta-  
men universa & ad nos accommodabo. Confe-  
ferat igitur ille, qui præst, omnia sua, id quod Ale-  
xandrum Magnum Philosophus quoq; facere vo-  
luit, & ἀπό τοῦ θεοῦ αὐτῷ εὐεργείαν: Benè faciat Ec-  
clesia, bene dotentibus, bene dissentibus, bene omni-  
bus civibus: hisq; privilegia, si quæ habeant, con-  
servet: sit custos & executor Decalogi, legumq; ho-  
nestarum: judicia oculo irretorto, & quod olim  
Athenis jurabatur, αειση νώμη exerceat: &  
paucis omnia, curet totum corpus Reipub; non unam  
aliquam partem, altera neglecta; & curet ita, ut  
ad communem utilitatem, cui verbum Dei faciem  
accendat, omnia sua dicta, omnia facta, omnes cogi-  
tatus referat, non ut ad gubernationem, tanquam  
auream messem, accessisse videatur. Est enim Ma-  
gistratus Dei in his terris Diaconus ac minister.  
Dei autem proprium est, erigere afflictos, consule-  
re mortalium saluti, benefacere omnibus.

Sed sunt, quos, in præclara hac & sublimi gene-  
ris humani vigilia constitutos, vel proprietorum com-  
modorum mercatura, vel animus impotens in di-  
versa trahat. His videoas assidere à latere super-  
biam, commune, Sallustio astipulatore, nobilitatis  
malum: quod quò frequentius, eò magis est pesti-  
rum.

\*um. Animi enim elatio omne, quod sanctum, quod  
justum est, violat: rationis  $\mathfrak{E}$  prudentia lumen  
extinguit, facitq; ut qui hoc vitio laborant, si princi-  
patum aliquem obtineant, in odium civium incur-  
rant: cui quidem odio nulla opes possunt resistere.  
Hoc enim ipsum dextram porrigit, præsentissime do-  
minantium pernicii, contemtui: contemptum autem  
ponè sequuntur insidia; ab his ad conjurationes  $\mathfrak{E}$   
proditiones devenitur, quas iis familiares esse, com-  
pertum est, vel quibus quies in seditionibus turba-  
sunt in pace; vel qui fortuna inopes, moribus turbati;  
vel, qui arrogantes sunt, elati, præpotentes  $\mathfrak{E}$   
ambitiosi ministri. Regnas ergo? regna piè, regna  
moderatè, regna prudenter:  $\mathfrak{E}$  aderit tibi è vesti-  
gio D E I favor, tuebitur te pietas; custodiet inno-  
centia; amplificabit civium benevolentia. Domi-  
naris injustè? poteris servire. imperas tunidè? poter-  
is subjici. præsides impie? poteris funditus excindi.  
quicquid altè se sustulit, oportunum est ad casum.  
Videsnè histronem in scena personam Agamemno-  
nis aut Priami gerere,  $\mathfrak{E}$  mox, cum fabula peracta  
est, ad habitum  $\mathfrak{E}$  sortem veterem redire? Tales  
sunt gubernatores, his D E u s personam in orbis thea-  
tro imposuit. sustineant igitur  $\mathfrak{E}$  agant, sed ita, ut  
qui introrsim  $\mathfrak{E}$  apud se sint, cogitent. Choragus ille  
D E u s est, qui dedit ornamenta, qui  $\mathfrak{E}$  nisi ad  
cum referant, auffert.

Magna

Magna hactenus persecutus sum, Auditores,  
⁊ quæ non nisi ad magnos terrarum Dominos, qui  
bus ingens est census, possessiones maxime, amplissi-  
ma fortuna, ad majorum gentium Deos videntur  
pertinere: Sed ad minores tamen, qui non ita am-  
plo, sed angustiore, aut etiam per quam exiguis li-  
mitibus definito regno; quale forte Academicum  
est, se continent, quam rectissimè eadem accommo-  
dantur: nunc, ut videamus, tempus postulat. Nam  
⁊ illi, qui clarissimo docentium ⁊ discentium in re-  
giis scholis cœtui cum imperio præst, necessitas est  
imposita curare totum Academæ corpus. Quod ille  
quidem rectissimè faciet; si, quantum in ipso est, ope-  
ram dederit, ut Universitatis privilegiis nihil dece-  
dat: ut statuta illius ab omnibus ⁊ singulis illibata  
conserventur, ut quisq; tum docendo tum discendo  
suum officium sine dolo faciat bonoq; ordine: ut  
omnes partes Reipubl. vinculo benevolentie inter se  
colligatae contineantur; nec committatur, ut mino-  
rem major vel infra se abiciat, vel opprimat; ut  
ipse quoq; suas partes gna viter prudenterq; tueatur,  
non turgeat fastu, nec tamen dignitatem Acade-  
mæ prostituat: non ab blandiatur ditionibus, aut  
quos singulari amore complectitur; fastidiat cate-  
ros; non illis delinquentibus det veniam, hos ve-  
net: sed omnibus sit æquus, omnibus jus ex æquo di-  
cat: malos pœnis coerceat, bonus ⁊ mōrigeris insi-

B

len-

lentiam , contumelias , vim nequissimorum hominum defendat , ideoq; duo sibi sceptra regia präferri , omnino meminerit : tandem ut pie , moderate , prudenter partes omnes gubernationis fidei sua commissas administret . Huic huic Academico regimini benedicet Deus : huic Rectori omnia prospere cadent , feliciter evenient , benè succedent .

¶ Ut autem Magistratus est , benè imperare : sic civis est , parere rectè imperatis . At videte , quām difficile hoc sit rectè parere ! quām sapè hic contrafiat , videte ! Non dico de his , qui apertè auctoritatem Magistratus violant ; qui se supra Dominos suos ponunt ; qui cornibus adaptatis in superiores impie impetum faciunt . est enim conclamatum de his judicium tale : ruinam seditionum quis novit ? De iis dico : qui per cuniculos , per arcana , per pias fraudes & sophismata Magistrati legitimo sese opponunt , ejusq; superioritati , suam ut augeant , detrabunt ; vel quod censuram ejus prætextu quodam eludunt , vel jussis adversantur , vel obedientiam alibi subtrahunt . In quibus id minimè ferendum est , quod , cum mille artes noverint , quibus se justo subducant imperio , millesq; sciant modos effugiendi legum laqueos , tūm ita depuduerunt , ut in his omnibus quām maximè justi & honesti haberet ab aliis velint . Atq; ab his improbis magni sapissime motus in magno Politiarum-

Ocea-

Oceano excitantur. at verò non raro  $\mathfrak{C}$  nostrum  
pelagus commovetur ab iis, qui, Cauri instar: bo-  
nos non tango: Academiarum tranquillitatem flu-  
etibus decumanis turbant, vexant, inquietant.  
Quid enim hi non perpetrant? studiosi est, litteres  
invigilare: illi nihil minus faciunt. Studiosus est no-  
men virtutis: illi in contrarium se flectunt. Studio-  
si est, legibus audienter esse: illi ad eas magis surdi  
sunt, quam Marpesia cautes. Quid multis? hi ipsi-  
sum tantam molestiam exhibent Magistratui suo,  
ut, in quibus monstris conficiendis Hercules Theba-  
nus diversis temporibus operam impendisse scribi-  
tur, cum his omnibus sèpè uno die Rectori deluctan-  
dum sit, cum leone, & cum excetra, cum  
cervo, cum Apro AEtolico, cum avibus  
Stymphalicis, & cum Antæo. Cujus in illis  
male feriatis, quicunq<sub>z</sub>, quacunq<sub>z</sub> in politia illi sint,  
malitia hac mihi videtur palmaria esse causa, quod  
nec hominum, nec conscientiae, nec Dei judicium re-  
vereantur: tanto profectò miseriores, quanto for-  
midabilius est, Dei quam hominum tribunal subire:  
Grave est  $\mathfrak{C}$  periculi plenum, apud viros bonos va-  
pulare, si id tuo accidat merito. nam, qua judicia  
vel ex adulacione, vel ex calunnia ac mendaciis  
proficiuntur, quibus innocui sèpè privatim tradu-  
cuntur, aut etiam abiis, in quibus ne mica quidem  
integritatis est, publicè proscinduntur; qualis est,

non solum Romæ, sed alibi quoq; Morborius, nemini parcens, verum in omnes, in ipsam innocentiam, dentes stringens; hæc, inquam, judicia plerumq; per jugulum Pasquini redeunt, inq; auctoris caput recidunt: ut, licet valde afficiant lœsum, Calumniatori tamen majori sint opprobrio. Ast malis moribus consecutum esse, ut homines de tuis dictis factisq; minus honorifice sentiant: ea verò res multum habet molestia & agritudinis: est enim dissoluti & levis animi præmium. Gravius est & terribilis, circumferre secum judicium conscientia, testis loco millium, testis domestici, testis oculati, testis nunquā causæ indormientis; quem tortorem hujusq; fidiculas cum multi ferre non possent, se ipsos tulerrunt. Longè autem omnium gravissimum est judicium Dei, tremendum, terrificum, pavendum: cum Iehova vel occulte vel per legitima media homines sceleratos punit. Terribiles olim fuerunt Banselli, penes quos postas erat, homines non auditos. & planè indefensos clanculario judicio condemnare, & nihil tale suspicantes adigere in furcas: quod sàpè hominibus tristissimas illas voces, Væ mi, expressisse accepimus. Nihil hoc Væmum judicium ad illud, quod, Deo ipso exerceente, vel passus est Pharaö Ægypti Tyrannus, vel accepit Balthasar Babylonorum rex cum suis scortillis, vel subiit Herodes infanticida. Hoc judicium Dei si homines illi per-

pertimescerent, aut si diem Domini magnum certò  
futurum sibi persuadere possent: nunquā sese inver-  
gerent in istam turpitudinem, ut legum & magi-  
stratus auctoritatem vel ludibrio baberent, vel con-  
cularent, vel aliis deridendam propinarent. Hac  
ergò hisce inauguratorum novorum Rectorum so-  
lemnibus nobis in memoriam revocare voluit anti-  
quitas: hac meditari nos hoc die oportet: hac pensi-  
tare deceat & eum, qui fasces capit, quid sibi conve-  
niat, b. e. ut piè & justè imperet; & eos, quibus is  
divina quasi voce præficitur, quid sui sit officij b. e.  
ut sincerè pareant. In his duabus quasi anchoris fun-  
datur navis reipubl. ; quam in scopulos ferri, si una  
earum vel incidatur, vel violetur, tām certum est,  
quam quod certissimum.

Est tamen & aliud, in quo & ipso non  
exigua salutis Academiarum pars sita  
est, cuius hac panegyri in primis admonentur ij,  
qui providentia Dei singulari, beneficioqz Magi-  
stratus haud vulgari, docendi causā, in Academiis  
commorantur, vinculoqz juramenti, ad sua Reip.  
commoda honeste tuenda, sunt obstricti. Atqz ut  
bujus rei exemplum, vestra, Auditores, pace, ex no-  
his sumnam: Corpus habemus unum, in quo coa-  
luimus, aliam banc Universitatem: cuius caput  
est Magnificus Rector: nos reliqui quisqz suo loco  
sumus illius corporis membra. Itaqz his statis feriis à

Magnifico invitati, convenimus in unum hoc pie-  
tatis & virtutis templum: est ordo inter nos legibus  
consociatus; cum unanimiter sine pugna quisq; de-  
fendimus, tanquam ejusdem corporis membra.  
Quām hoc aspectu pulchrum? quām jucundum?  
quām suave? Quis hanc concordiam non prædicar-  
et? quis hunc consensum non tueretur, quantum  
sciat possitq;? Sed externa hæc sunt, utinam! uti-  
nam ea, qua in nobis interiora sunt, quæ in oculos  
non incurruunt, sed animis continentur, quorum  
scrutator solus Deus est; utinam! hæc eodem jure  
gaudere possent, quò gaudet confessus iste laudabilis;  
quo fruuntur membra unius corporis, non exteriora  
solum, sed interiora! Estnè enim unquam comper-  
tum, membra corporis aut inter se, aut à capite, dum  
janus est homo, dissensisse? adeò summa est inter  
ea pax; maxima concordia; consensio planè divina!  
Quò nos ruimus, cives? Serpens uno capite multas  
trahens caudas per in via tutò iter facit; quod unum  
caput etiam mille caudas promtè nullo negotio post se  
trahat. At in ijsdem vepretis πλυκίφαλοι cum uno  
corpo perire oportet, uno capite in hanc semitam se  
proripiente, alijs rursus in diuersas alias vias perti-  
naciter se penetrantibus, & corpus hac dissensione  
sua, cum intermediis stipitibus arbustisq; præpedi-  
tum sequi non queat, crudeliter & miserè disrum-  
pentibus. O diram! ô funestam pestem, discordiam!  
quam

quam, ut Deus nostris avertat sedibus ; agite , cum  
aliis causis, tum vel horum solemnium in his pul-  
cherrimi hujus confessus aspectu moti, fugiamus .  
nos multiplicitem illam, quae deducto rictu paratissi-  
mum exitium nobis minatur , bestiam ! redeamus  
ad unum caput , fortiterque illud cum corpore ipso  
tueamur : quod nos, ad quemcunq; statum perve-  
nerimus, pro posse nosse, ut vetus habet formula,  
facturos, sancte juravimus : tueamur, inquam, hanc  
nostram rempubl. legitimè, concorditer, fideliter :  
neq; patiamur tranquillitatem, promam illam con-  
dam omnis felicitatis, nobis invidiosè eruptam, ab  
hoc sacrario, à parietibus his, a nobis ipsis diutius  
exulare : queramus eam sincero corde , quod viros  
Aristocraticos decet; indagemus eam, quod est Chri-  
stianorum; inveniemus: inventam cupide exoscu-  
lemur; amplectetur nos ipsa arctius quam mater filium :  
comprehensam in civitatem nostram sine  
cunctatione reducamus; sequetur ipsa summa cum  
lubentia: introductam, pietate in matrem Acad-  
emiam, unanimi legitimè privilegia defendendi vo-  
luntate, candidis officiis, mutua sinceraq; inter nos  
affectione constanter sine dolo sine fraude forve-  
amus; retineri se à nobis quam cupidissime volet.

Hoc agamus, cives Academia ! hoc agite o Pa-  
tres Academia ! hoc agant, quotquot auctoritate E  
dignitate antecedunt ! Ecquibus enim major incum-  
bit

bit tanti negotij curatio, quam ijs, qui magnam ho-  
noris gradum in DEI familia, cuius etiam pars sunt  
*Academiae Christianæ*, sunt adepti? Quod ut cum  
bono Academie fiat, precabimur conceptis verbis  
omnes: Benedicat tibi, Academia, Jehova ex Sione, qui  
fecit cœlum & terram! Benedicat tibi Dominus! faveat  
tibi Dominus! ut pietas & veritas in mœnibus tuis inter  
se occurrant: justitia & pax osculentur invicem. Tu  
DEUS annue his votis! annue o DEUS! an-  
nue! Tuq; idem, sancte, clemens, miseri-  
cors DEUS, rege omnes ☺ qui imperant ☺ pa-  
rent, ut tibi grata, ☺ se digna faciant: uni omnes  
pios, eosq; caritatis fœdere inter se devincito: bene  
fac Ecclesia tua: da felicia omnia pleno cornu Sere-  
niſſimiſ Ducibus Megapolitanis, Dominis nostris  
clementiſſimiſ, incluto huic Ducatui, ampliſſimo  
bujus urbis Senatui, toti Reip. Christianæ: redona  
Germania pacem: defende nobis immanitatem  
Pontificiam & Turcicam: deniq; fac nos omnes va-  
sa misericordia, nec abijke nos inter vasa ira. Quis  
enim ſicut tu, Domine, Deus noster? qui altissime  
habitas: qui ſolus magnus es, qui ſolus Deus es, ☺  
facis mirabilia. Sit nomen tuum, DOMINE,  
benedictum ex hoc tempore ☺ usq;  
in ſeculum.

D I X I.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn729275116/phys\\_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729275116/phys_0019)

DFG



quam, ut Deus nostris avertat sedi  
 alii causis, tum vel horum solemniori  
 cherrimi hujus confessus aspectu mihi  
 nos multiplicitem illam, quae deducet  
 cum exitium nobis minatur, besi  
 ad unum caput, fortiterque illud con  
 tueamur: quod nos, ad quemcunq;  
 nerimus, pro posse esse nosse, ut vetu  
 facturos, sancte juravimus: tueam  
 nostram rem publ. legitimè, concor  
 neq; patiamur tranquillitatem, pro  
 dam omnisi felicitatis, nobis invidi  
 hoc sacrario, à parietibus his, a  
 exulare: quāramus eam sincero co  
 Aristocraticos decet; indagemus ea  
 stianorum; inveniemus: inventa  
 lemur; amplectetur nos ipsa arctiu  
 lum: comprehensam in civitate  
 cunctatione reducamus; sequetur  
 lubentia: introductam, pietate in  
 miam, unanimi legitimè privilegiū  
 luntate, candidis officiis, mutua se  
 affectione constanter sine dolo fini  
 mus; retineri se à nobis quām cupi  
 mus;

Hoc agamus, cives Academi  
 tres Academia! hoc agant, quotquā  
 dignitate antecedunt! Ecquibus en



the scale towards document

, cum  
 s pul-  
 us E  
 atissi-  
 amus  
 e ipso  
 erve-  
 nula,  
 ,hanc  
 liter.  
 a con-  
 n, ab  
 luitius  
 viros  
 Chri-  
 xoscu-  
 ter fi-  
 r sine  
 a cum  
 1cade-  
 di vo-  
 er nos  
 fovea-  
 et.  
 eô Pa-  
 ate E  
 ncum-  
 bit